Quae mox habitu religionis assumpto
in hospitali domino servire stu-
duit, in signum devocionis suae
capillos suos illic suspendit. |
Hoc enim jurata retulit +Hyldegun-
dis plebans civitatis et pluries
cum illo eidem testantur. Die
illa +qua larga quingentarum mar-
carum data est elemosina, pro-
xima ejusdem diei nocte + cum
pauperes fortiores recessissent,
plurimi debiliores et infirmi
juxta sepes et in angulis curie
jacentes remanserant. Quos
beata Elyzabeth cum vidisset
ait suis: Ecce debiliores reman-
serunt, demus ergo adhuc illis aliquid.
Et jussit singulis dari sex dena-
rios Colonienses, pueris vero mi-
nus. Quos postmodum panes
apportari jussit, quos et distri-
buit. Quo facto dicebat: Volumus
facere nunc istis plenam jocun-
ditatem. Fiat ergo ignis + longum
et laventur pedes eorum atque
ungantur. Quo completo paupe-
res cantare ceperunt et esse jocun-
di. Quod beata Elyzabeth audi-
visset ait: Ecce dixi vobis quod
gaudium pauperibus facere
debemus et erat ipsa cum gau-
dentibus gaudens et cum exul-
tantibus exultans.

+ et luna clarius lucente

+ Hs. Hyldegundi [illegible]

+ Hs. longum [illegible] 2026 [illegible]: Fiat ergo eis ignis, et is longum fecit praeparari ignem et multis pedes lavari pp